

Universitätsbibliothek Wuppertal

Scholia in Sophoclis tragoedias vetera

Sophocles

Lipsiae, 1888

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5413)

PRAEFATIO.

γένουτο μέντ' ἂν χ' ἀτίεθ' καλῶς ἔχον.

Soph. Antig. v. 687.

„nos qui sequimur probabilia nec ultra id quod veri simile occurrerit progredi possumus et refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia parati sumus.“

Cicero.

Scholia vetera in Sophoclis fabulas septem superstites, ad poetae verba interpretanda et emendanda plurimum conferentia, unus nobis codex servavit, Florentinus Mediceus plut. XXXII, 9 quem editores, Petrum Elmsleium secuti, Laurentianum primum (LA, La, L) nominarunt. scriptus est in membranis saeculo decimo vel undecimo ineunte (v. Cobet. orat. de arte interpret. p. 103) et constat foliis 264 quorum priora 118 Sophoclis tragoedias continent, quae sequuntur 84 Aeschyli, reliqua 62 Apollonii Rhodii Argonautica.

scholia, ab alia quam quae poetae verba scripsit manu exarata, ex hoc codice primus edidit Romae a. 1518 Ioannes Lascaris (*σχόλια παλαιὰ τῶν πάνυ δοκίμων εἰς τὰς σφρομένους τῶν Σοφοκλέους τραγωδιῶν* — commentarii in septem tragoedias Sophoclis quae ex aliis eius compluribus incuria temporum amissis solae superfuerunt: opus*) exactissimum rarissimumque in Gym-

*) 'editor quis fuerit non dictum est: sed fuit haud dubie Ioannes Lascaris cuius epigramma in Sophoclem in aversa tituli pagina legitur' Dindorfius; 'in epistola ad Lascarem, cuius

nasio Mediceo Caballini montis a Leone pontifice max. constituto recognitum repurgatumque*) atque ad communem studiosorum utilitatem in plurima exemplaria editum — [in fine] *ἐτυπώθη ἐν Ῥώμῃ* 1518) qui Laurentiani scripturas saepe depravavit, nonnulla omisit, locos corruptos non paucos ex coniectura correxit.

secunda editio est Brunckiana (in Sophoclis tragoedias septem scholiastes [sic] Graeci, operum tomus III) quae post alias Romanae principis repetitiones (v. Fabr. Bibl. Gr. vol. II p. 220—224; Iuntinam secundam a. 1547, Florentiae apud Bern. Iunctam, ipse inspexi) Argentorati maior a. 1786, minor (tractatu facilior) a. 1788 prodiit; Brunckius multa interpolavit ex codicibus deterioribus, corrupta pauca ex coniectura correxit, alia ex aliis codicibus, de quibus infra dicam, vel ex antiquis lexicographis, in primis Suida, qui magnam scholiorum partem in lexicon suum transtulit, tacite emendavit.

tertia editio est Petri Elmsleii qui a. 1820 Florentiae codicem descripsit descriptumque in patriam redux edere coepit; opus, Elmsleii morte interruptum (p. 64), absolvit Oxonii a. 1825 Thomas Gaisfordus (scholia in Sophoclis tragoedias septem e codice ms. Laurentiano descripsit Petrus Elmsley) cuius verba haec sunt: 'paucis ante eius (Elmsleium dicit) obitum septimanis, quum paulisper cessante morbi violentia literarum studia recollere coepisset, inter alios sermones iniecta est a me mentio

fragmentum dedit Maittaire in A. T. tom. II p. 157 not., clare adfirmat Aldus [qui Sophoclis textum iam a. 1502 Venetiis primus ediderat] scholia nondum esse typis excusa, *τυπωθήσεται δὲ θεοῦ σφύζοντος ὄσον οὐκ ἤδη*' Harlesius in Fabr. Bibl. Gr. vol. II p. 219.

*) in scholio ad Antig. v. 264 verba: *τοῦτο μέχρι τῆς σήμερον οἱ Ῥωμαῖοι ποιοῦσιν Ἑλληνικῶς πλανώμενοι καὶ ἐν ἄλλοις πλείστοις* absunt ab edit. Rom., 'consulto, ut Elmsleius ait, ab editore omissa ne Romanam ecclesiam tangere videretur'.

scholiastae inchoati: dolebam laboris perituri vicem nisi aut ipse convalesceret aut alium quemvis sibi pateretur succenturiari: denique, licet multis gravibusque negotiis distinerer, si modo id vellet, me ipsum correctoris munere haud illibenter dicebam perfuncturum. quibus monitis meis laete admodum assensus est: et ne mora ulterius prorogaretur statim fidei meae commisit apographum Florentini codicis quod nitide compingendum curaverat eo scilicet consilio ut finita editione in Bibliotheca Bodleiana perpetuo adservaretur. ego autem nihil cunctatus sum; consilium Elmsleii erat verba optimi vetustissimique — codicis summa cum religione repraesentare; ita ut ne manifesta quidem scripturae vitia praeteriret, saltem in annotationibus ad calcem uniuscuiusque paginae subiectis commemoraret. annotationes istas brevissimas esse voluit: nec quicquam amplius meditatus videtur quam ut discrepantias libri archetypi, editionum Romanae et Brunckianae, nonnunquam etiam recensionis Triclinianae, proponeret. summopere autem enixus est ut lemmata ubique exactissime exhiberentur qua in parte moleste ferebat Romani editoris negligentiam qui multa secus atque in codice ms. repperat imprimenda curavisset' (praef. p. v—vi).

editionis Elmsleianae, cuius repetitio, omissis scholiis in Oedipum Tyrannum, Lipsiensis anni 1826 est, errores varii sunt: nam et interpunctio verborum perversa est et scholia saepe non consentiunt cum lemmatis et versibus poetae ut ostendi in libro qui inscribitur 'kritische und palaiographische Beiträge zu den alten Sophoklesscholien, Lipsiae 1881 Teubner' p. 2—3; quod autem gravius est, Elmsleius non solum locos corruptos permultos intactos reliquit (Beitr. p. 40—84) sed etiam codicem negligenter descripsit ut ex nova Fr. Duebneri collatione inserta in G. Dindorfii 'annotationibus ad scholia vetera' (in schol. vol. II p. 31—133, Oxonii 1852) apparuit.

ipse Florentiae a. 1882 codicem praestantissimum tractavi accuratissimamque eius collationem novae scholiorum editionis parandae causa confeci quae collatio a. 1883 in supplemento XIII Annalium Lipsiensium qui classicae philologiae vocantur p. 403—440 et separatim libello, qui inscribitur 'codex Laurentianus von Sophokles und eine neue Collation im Scho-lientexte', edita est.

τύχη ἀγαθή! nam qui post Elmsleium viri docti negotium excutiendi Laurentiani susceperunt, ceteri quidem, Cobetum dico (a. 1845) et G. Wolffium (1848), scholiis antiquis nullam impenderunt operam, Duebne-nerus autem, cuius 'oculorum aciem et mentis perspicacitatem' Dindorfius in editione Sophoclis sua Oxoniensi p. IV laudat, permultis locis erravit: nam non solum librarii errores et correctiones, rasuras cetera id genus, praeteriit sed etiam veras codicis lectiones multas depravavit ubi Lascaris recte legerat, *ἀντι τοῦ* et *Κλυταιμνήστρα* dedit ubi Laurentianus tantum *ἀντι* et *Κλυταιμνήστρα* recte praebet, scholia vetera et lemmata nonnulla omisit, versus, quibus *χ* aut *γνώμη* aut tale quid in L adscriptum est, non omnes commemoravit, falsa alia permulta tradidit, scholia denique recentiora ab antiquis non ubique distinxit. omnino de diplomatica, quam vocant, editionum istarum fide quid statuendum sit ex indice qui statim sequitur tamquam *ἐξ ὄνυχος τὸν λέοντα* cognoscere poteris:

schol. Ai. v. 227

*εἰκὸς γὰρ τὸν νοῦ ἐξ-
εστηκότα μηδὲ ἑαυτοῦ ἀνα-
σχέσθαι* Lascaris, Brun-
ckius, Elmsleius, Duebne-
rus.

*εἰκὸς γὰρ τὸν οὖ (sc.
οὔτως!) ἐξεστηκότα μηδὲ
ἑαυτοῦ ἀνασχέσθαι* Lau-
rentianus, edit. meae p.
24, 5.

schol. v. 318

ὡς ταῦρος ἀνεβουκάτο
Elmsl. Duebn.

ὡς ταῦρος ἀνεβουκάτο
Lasc. Br. Laur. ed. p. 31, 16.

schol. v. 381

κακοπινέστατον — ἀντὶ
τοῦ κολάκευμα, τρίμμα·
κακορύπαρον· πινῶδες γὰρ
ἀδόκιμον τῆ γνάμη και
οὐ καθαρόν Lasc. Br.
Elmsl. Duebn.

κακοπινέστατον — ἀντὶ
τοῦ κολάκευμα, τρίμμα·
κακῶ^π (i. e. κακοπινέστατον
lemma! ut etiam apud
Suidam s. v.), ὄνπαρόν·
πινῶδες γὰρ ἀδόκιμον et
c. Laur. ed. p. 36, 18.

schol. v. 429

ἔχω] δύναμαι Lasc. Br.
Elmsl. Duebn.

ἔχω] ἀντὶ τοῦ δύναμαι
Laur. ed. p. 40, 11.

schol. v. 531

και μὴν φόβοισί γ' αὐ-
τόν: τοῦ φόβου χάριν
Lasc. Br. Elmsl. Duebn.

και μὴν φόβοισί γ' αὐ-
τόν: τῷ φόβῳ χάριν Laur.
quod in τῶν φόβων mu-
tavi ed. p. 47, 17.

schol. v. 717

μετεβλήθη και πέπανται
τοῦ θυμοῦ Lasc. Br. Elmsl.
Duebn.

μετεπείσθη, μετεβλήθη
και πέπανται τοῦ θυμοῦ
Laur. ed. p. 61, 24.

schol. v. 784

πρὸς τὸν χορὸν — οἶον
ὡς ἐπὶ μεγάλῃ προφάσει
ἐγκαλοῦντες*) αὐτὴν Elmsl.
Duebn.

πρὸς τὸν χορὸν — οὐ ὡς
ἐπὶ μεγάλῃ προφάσει ἐκ-
καλοῦσιν αὐτὴν Lasc. Br.
Laur. ed. p. 66, 13.

schol. Electr. v. 70

ὕφάντης, ἀγύρτης, Εὐ-
φράτης Lasc. Br. Elmsl.
Duebn.

ὕφάντης, ἀγύρτης, εὐ-
φράτης Laur. ed. p. 103,
14.

*) οὐ ὡς ἐπὶ μεγάλῃ προφάσει ἐγκαλοῦνται αὐτὴν Porsonus
ni fallor; habent sua fata libri!

schol. v. 355

λυπῶ τούτους διὰ τὸ λυπῶ τούτους διὰ τοῦ
τιμᾶν τὸν πατέρα Lasc. τιμᾶν τὸν πατέρα Laur.
Br. Elmsl. Duebn. ed. p. 121, 5.

schol. Trach. v. 7

ἀντὶ τοῦ νυμφευμάτων ἀντὶ τῶν νυμφευμάτων
Lasc. Br. Elmsl. Duebn. καὶ μνηστευμάτων Laur.
ed. p. 279, 15.

schol. v. 783

κατὰ μέρος τῆς κεφαλῆς κατὰ μέσ^ο (μέσον Br.)
διασχισθείσης Lasc. Elmsl. τῆς κεφαλῆς διασχισθεί-
Duebn. σης Laur. ed. p. 323, 6.

schol. Phil. v. 269

ὡς „Χρῶσιν ἀμφιβέβη- „ὄς Χρῶσιν ἀμφιβέβη-
κας“ Lasc. Br. Elmsl. κας“ (Hom. II. α 37) Laur.
Duebn. ed. p. 359, 19.

schol. v. 1116

παῦσαι τῶν καταρῶν παῦσαι τῶν καταρῶν
τούτων, ᾧ Φιλοκτῆτα, μὴ τούτων, ᾧ φίλε, μὴ et c.
et c. Lasc. Br. Elmsl. Laur. ed. p. 385, 14.
Duebn.

schol. Oed. Col. v. 712

ταῦτα δὲ ἐπὶ θεραπείᾳ ταῦτα δὲ ἐπὶ θεραπείᾳ
φησὶ τῶν οἰκείων ὁ Σο- φησὶ τῆς οἰκείας ὁ Σοφο-
φοκλῆς Elmsl. Duebn. κλῆς Lasc. Br. Laur. ed.
p. 436, 7.

schol. v. 1468

συμφορὰν φησὶ τὸ μέ- συμφορὰν φησὶ τὸ μέ-
σον ὄν τῆς συντυχίας σον ὄνομα τῆς συντυχίας
Elmsl. Duebn. Lasc. Br. Laur. ed. p. 457, 10.

praeter coniecturas aliorum virorum doctorum con-
firmat L emendationes meas (Beitr. p. 83. 89. 3) in

schol. El. v. 1044 ed. m. p. 147, 12, Trach. v. 289 p. 297, 21, v. 592 p. 312, 9, Phil. v. 225 p. 358, 23.

alii codices, qui copiosa ex veteribus scholiis excerpta in tragoedias poetae nonnullas praebent, hi sunt:

2) qui olim in Abbatia Florentina servabatur, hodie Laurentianus est no. 2725 signatus (G), membranaceus saec. XIV, continens scholia in Aiacem, Electram, Oedipum Tyrannum, Philoctetam; dixi de eo in disputat. p. 6—23 contulique post Duebnerum nonnullis locis quos indicavi Annal. p. 406 et 439. 440; praeter alias criticorum emendationes, velut Fr. Vateri in scholio Ai. v. 190 (ed. p. 20, 4 = Soph. fragm. 143 Nauck.), confirmavit G emendationes meas (Beitr. p. 73. 74) in schol. Ai. v. 191 p. 20, 15 et v. 245 p. 25, 17.

3) Laurentianus plut. XXVIII, 25 chartaceus saec. XIV, continens scholia in Aiacem, Electram, Oedipum Tyrannum v. 1—1246; dixi de eo in disputat. p. 23. contulit Duebnerus.

4) Laurentianus plut. XXXII, 40; is quoque chartaceus est saec. XIV et eadem quae tertius continet; contulit idem.

5) codex Bibliothecae Lobkovicianaе quae Raudnicii est bombycinus saec. XV (? saeculo XII adscribebat Langius), continens scholia in Trachinias, Oed. Coloneum, Philoctetam, Oed. Tyrannum, Antigonom; collationem eius in scholiis ad Trachinias et Oed. Coloneum edidit L. Langius Gissae a. 1866 (Beitr. p. 23. 24), partem ineditam in scholiis ad Philoctetam primus novi ex ipsis viri docti schedis exemplari scholiorum Lipsiensi adiunctis, quod caret scholiis in Oedipum Tyrannum; Langii collatio in scholiis ad Antigonom non ultra v. 162 processit. exemplar Langianum, ad scholiorum verba corrigenda non admodum inutile, liberalissime mecum communicavit redemptor honestissimus. — omnia haec apographa, praesertim Lob-

kowicianum, confirmarunt multas correctiones quae adhuc Lascari et Brunckio debebantur.

separatim scholia ediderunt in Aiacem Lobeckius Lips. 1809, in Electram Otto Iahnus (Adolphus Michaelis) Bonnae 1861 (1882), in Oedipum Tyrannum Mauricius Schmidtus, quem honoris causa nomino, Ienae 1871, in Antigonam Fr. Wexius Lips. 1831 et M. Schmidtus Ienae 1880, in Oedipum Coloneum Aug. Meinekius Berol. 1863.

commentarium criticum ipse confeci; indices adieci I. scriptorum in scholiis commemoratorum, II. Graecum, vocabulorum et rerum memorabilium, III. a) locorum quos ipse ex coniectura emendavi, b) coniecturarum incertarum quas in textum recipere non ausus sum.

codicis vitia qualia sunt: *πάθη* pro *πάθη* et *τῶ*, *Τρώας* et *τοιούσδε*, *ἐξαρχῆς* et *μεταντοῦ*, *τ' ἄλλα* pro *τάλλα* et *τοιούς δὲ* pro *τοιούσδε*, *τινὲς* pro *τινές* et *πότε* pro *ποτε*, *ἦσει* et *ἔδαφος* et quae sunt id genus plura silentio praeterii.

notis usus sum his:

- L Laurentianus primus, plut. XXXII, 9.
- G Laurentianus 2725.
- F Laurentianus XXVIII, 25.
- H Laurentianus XXXII, 40.
- l Lobkowicianus.

passim commemoravi codices recentiores Riccardianos 34 et 77 (cf. schol. Phil. v. 598 ed. p. 368, 9, Beitr. p. 78), Parisinum 2884 (E) et Ambrosianum 103. Iuntina, ed. Florentina altera a. 1547.

< > uncis obliquis inclusa sunt quae ex coniectura addidi,

[] uncis directis quae eieci.

* * * stellulis rasurae codicis indicatae sunt,
 . . . punctis lacunae.

] unco directo lemmata editorum significantur,
 : duobus punctis lemmata codicis Laurentiani.
 | divisionem versuum indicat. cetera compendia
 facilia sunt intellectu.

hactenus de huius editionis consilio et ratione. reliquum est ut viris doctissimis I. Kvičala, G. Kaibelio et H. Otte, qui de symbolis meis in scholia admodum benevole iudicaverunt (Literar. Centralblatt 1882, 33 p. 1110. 1111, Deutsche Litteraturzeitung III, 16 p. 566. 567, Jahresbericht des philol. Vereins p. 132. 133), publice debitas agam gratias.

χαῖρε!

scribebam Thessalonicae mense Augusto a. 1888.

Petrus N. Papageorgius.